

pius donec probè teneat. Item nunquam ingredi veram semitam continget, usq; dum à deuiogressu gradū ad metam reuocet, erroresq; suos ab imitatione operum nature corrigat. Ab hac statim discere non ita facile fuerit, cū deficient obiecta chimica naturalibus comparanda. Proinde Chemiam artificialem naturali premittere visum est, quò periclitantes in hoc opere, ad mineralem Genealogiam, tamquam ad anchoram, reuocemus. Quam etiam in hanc rem annectere chimicis, visum est opportunum atque necessarium.

DE GENERATIONE MINERALIUM. CAP. I.

CV M antiquorum scripta de generatione mineraliū accuratissimè perlegissem, deprehendi ipsos vltimam illorū non intellexisse materiam, & per consequens multò minùs primam. Siquidem vt cuiusq; rei probè scribatur initium, finis apprimè debet innotescere. Primùm omnium igitur vltimam vobis materiam proponere decreui mineralium, vnde facile primam intelligetis ex qua ducunt originem. Exemplum priùs adducamus ex